

SCRIPTA

Numéro Scripta : 9026

Auteur(s) : Pierre de Saint-Hilaire [particulier]

Bénéficiaire(s) : Savigny-le-Vieux, Sainte-Trinité de Savigny (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1156, novembre

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

Avec le consentement de Pierre de Saint-Hilaire, Raoul de l'Angle règle ses affaires séculières avant son entrée comme religieux à l'abbaye de Savigny, à savoir la succession de sa terre et le règlement de ses aumônes au prieuré de Virey. Il a donné saisine de sa terre à son frère Hamelin par un bâton ; ledit Hamelin a alors conclu un accord avec Robert, prieur de Virey, à propos des vingt sous mansois que Raoul lui devait du fait de l'aumône de son père Guillaume et de vingt autres sous pour acheter des chiffons audit Raoul : il lui a donné le bâton en gage et lui a concédé sa pêcherie de Virey, de la pierre à prendre sur sa terre pour faire une écluse et le passage sur sa terre jusqu'à ce qu'il ait payé ces quarante sous au prieur et aux moines de Virey ; ceci a été fait au château de Saint-Hilaire. Par ailleurs, dans le bourg de Saint-Hilaire dans la maison de Durand Frete, Guillaume, frère de Raoul et d'Hamelin, a promis de tenir la promesse de son frère en ce qui le concerne.

Tableau de la tradition

Copies manuscrites

D. Paris, BnF, n. a. lat. 1022, n° 25, p. 26-28. Copie du XIXe siècle

Éditions principales

a. POULLE, Béatrice, *Le chartrier de Savigny : Liber cartarum, capitula cartarum in episcopatu abrinensis*, édition inédite, p. 45-46.

Dissertation critique

Transcription : Claude Groud-Cordray (*Cartulaire de l'abbaye de Savigny ou Liber cartarum domus Savigneii, episcopatu Abrincensi, n° XXV*)

Texte d'après D

Petrus de Sancto Hylario fidelibus hominibus suis salutem. Notum sit vobis presentibus atque futuris quod Radulfus filius Guillelmi de Angulo, quum reddidit se Deo et ecclesie Savigneii et Ricardo abbati in aula mea in castello Sancti Hylarii concessit terram suam Hamelino fratri suo et saisivit eum per quemdam baculum de eadem terra ; Hamelinus vero de terra saisitus pepigit Roberto priori de Vireio XX solidos cenomannensium quos Radulfus debebat eidem Roberto de elemosina Guillelmi patris sui et alios XX ad emendos pannos eidem Radulfo fratri suo et gajavit ei per eundem baculum per quem Radulfus frater suus de terra sua saisierat eum et concessit ei et sociis suis totam piscariam de Vireio in bono et in pace habendam liberam et quietam et terram et petram de terra sua ad sclusam faciendam et viam per terram suam donec redderet eosdem XL solidos priori et monachis de Vireio. Postquam vero eos reddiderit in eadem piscaria jus suum habebit et priori et monachis de Vireio similiter jus suum

remanebit. Postea autem affidavit idem Hamelinus in manu Ricardi capellani quod hec omnia que diximus abbati Savigneii et priori et monachis de Vireio legitime ad suum scire teneret. Que omnia facta sunt in aula mea, ut predixi, in castello Sancti Hylarii, anno ab Incarnatione Domini MCLVI mense novembri coram me et uxore mea et Hasculfo filio meo et Ricardo abbate Savigneii et Roberto priore de Vireio et Rogero de Alneto et Roberto de Turalliis, monachis Savigneii, Ricardo capellano et Guillelmo presbitero de Vireio et Vitali presbitero de Sancto Hylario et Hasculfo et Philippo, nepotibus meis, et Ansgero medico, Philippi et Olivero filii Alani et Guillelmo filio Amis et Radulfo Morant et Rainaldo filio Adelais et multis aliis. Guillelmus vero frater Radulfi atque Hamelini similiter postmodum affidavit in manu predicti Ricardi capellani quod eandem fiduciam quam fecerat Hamelinus frater ejus abbati Savigneii et priori et monachis Vireii legitime secundum suum scire teneret et servaret et hec fecit in burgo Sancti Hylarii in domo Durandi Frete, coram Roberto priore de Vireio et Vitali presbitero de Sancto Hylario et Guillelmo presbitero de Vireio et Durando Frete et Ricardo Villano et Ricardo filio Pais, et Huberto de Landa et aliis pluribus. Hec autem omnia supradicta in presenti carta idcirco volui scribi et sigillo meo confirmari ut firma pax et concordia inter Hamelinum et monachos deinceps teneatur et nemo propter discordiam eorum super hac re amplius vexetur.